4915 Venafri rep. in praedio dominorum Colicchi.

D M S
SVBTA (s above B) · PRAECOR · PAVLVM · FESTINAS · IRE · VIATOR
ET · MAEA · POST · HOBITVM · ROGANTIS · CONCIPE · VERBA
·TALE · CO · SPERES · ET · IPSE · VENIRE · DIAE ·
IVSTVS · EGO · NON · PATRIO · SET · MATERNO · NOMINE · DICTVS ·
PAVPERE · PATRE QVIDEM · SET · FAME · DIVITE · VIXI ·
TIBICINIS · CANTV · MODVLANS · ALTERNA · VOCANDO ·
MARTIOS · ANCENTV · STIMVLANS · GLADIANTES · IN ARMA · VO (CAVI above)
QVI · VIXI · ANNIS · XXI · M · XI · D · XXVIIII
IVSTVS · EGO · MORTE · ACERBA · PERI ·
PARENTES · FILIO · INCOMPARABILI ·

Franciscus Lucenteforte et Salvator Vitali miserunt a. 1879.

D(is) m(anibus) s(acrum).
Substa, praecor, paulum, festina(n)s ire viator,
et maea post hobitum rogantis concipe verba,
tale(m) co (= cum) *speres* (= expectes) *et ipse venire diae* (= diem).
Iustus ego non patrio, set materno nomine dictus
paupere patre quidem, set fam(a)e divite vixi.
Tibicinis cantu modulans alterna vocando
Martios ancentu stimulans gladiantes in arma vocavi.
qui vixi annis XXI m(ensibus) XI d(iebus) XXVIIII,
Iustus ego morte acerba peri.
Parentes filio incomparabili.

Cum nec Iusti nomen nec locus quo titulus inventus est militi conveniat, gladiantes v. 8 gladiatores esse probabile est et agi hoc loco de homine qui in ludo gladiatorio tale officium gesserit, quale in exercitu est tubicinis vel bucinatoris. Quod cum sibi probari Buecheler mihi significaret, addidit alternam vocationem intellegi videri de paribus gladiatorum batuentibus, ut exempli causa cantor modo retiarium excitaret, modo oppositum ei secutorem. Indidem explicatur tibicen, nam in re militari cum huic locus non sit, in ludo campum imitante aut lege aut more tubae tibiae substitui potuerunt. Ancentus similiter usurpatur apud Ammianum 16, 22, 36: *dato aeneatorum accentu sollemniter signo ad pugnandum* et 24, 4, 22: *aeneatorum accentu signo dato ad progrediendum*, neque enim iam dubium est utroque loco pro accentu ancentum restituendum esse. Vocabulum castrense opinor quamquam labente aetate tantummodo reperitur ipsum sine dubio antiquissimum est, ut sunt anhelare et antestari.

4916 [= 4662] Venafri *nella masseria de' signori Civitanova al Ponte Reale.*

SEX · AVLENVS · SEX · L
FVSCVS · FABER · SIBI
ET · AVLENAE · SEX · L
LAINI · ET · SVIS
IN · FRO · P · XII
IN · AGR · P · XVII

De Utris ms.

4917 3 chiliom. a Venafro rep. *a Monte S. Nazario, contrada S. Marcellina,* in praedio Capaldiorum. Iam Venafri in domo eorum.

NARCISSVS · VIL
T · TITVCI · FLORIANI
ET · TEIAE · L · F · GALLAE
VIXIT · AN · XXV
DEBITA · LIBERTAS · IVVENI · MIHI · LEGE
NEGATA
MORTE IMMATVRA REDDITA PERPETVA · EST

Recognovi. Garruccius n. 115 descripsit male.

4918 extra Venafrum rep. *nello scavo di un giardino* SANN. Est ante portam Romanam ad hortos Miranda.

P · NOVIO · PHILOSOPHo
MEDICO
CAIATIA · M · L
PRIMIGENIA · CONCVB
EIVS · FECIT · EX · SVO
SIBI · ET · SVIS

Recognovi. Sannicola in actis musei Neapolitani s. d. 2 Sept. 1849; Garruccius n. 117 vidit.

5 omisit Garruccius.

4919 [= 4699] extra Venafrum in massa Macchia vidi a. 1845. Iam a. 1876 vidi iterum Venafri apud canonicum Vitale.

P · POMPONIO · P · L
PHILADESPOTO
ЛBR QVI TESTAMENTA
SCRIPSIT ANNOS XXV
SINE IVRIS CONSVLT
II///VN///I//
VI/V//////

Descripsi et recognovi. Ego *Zeitschr. f. gesch. Rechtswiss.* 15 p. 370; Garrucci n. 130. Henzen 7236.

6. 7 desperatae lectionis sunt; /NEVTAI TIDONI | BVLO II II E Garr.

4920 [= 4649] extra Venafrum in massa Cimorelliana ad viam quae ducit S. Germanum.

vir inermis	gladiator gladium tenens stans	gladiator galeatus et scutatus pugionem tenens	vir inermis	gladiator galeatus et scutatus procumbens
	SERENVS	BLASTVS		ASTER
gladiator humi prostratus	CASSI I Ↄ I,,,	CAS III Ↄ I		IVL·II Ↄ I
INCITATVS				M
CAS·I·Ↄ I M				

gladiator	gladiator cum galea et clupeo, gladio stricto	gladiator manibus post tergum iunctis	gladiator cum scuto longo et galea et gladio stricto	
	EVTHICVS	NIGER · IVL	BASSVS · IVL	
	CASS III Ↄ III V	IV Ↄ III M	V Ↄ IV V	gladiator humi prostratus
				CHRESTVS
				CASSI I
				M

Descripsi et recognovi. Garrucci n. 66 [65] vidit.

Nescio quo casu cum primum lapidem vidi ad ordinem superiorem inscriptionum non attendi. — In titulo Sereni virgulae tres minores in fine videntur casu adiectae esse, certe numerus secundus victoriarum priorem pugnarum excedere non potest. Etiam in titulo Incitati, victi scilicet, IↃI, id est *pugnae unius, victoriae unius,* non recte procedit.

4921 [= 4657] Venafri in hortis Capucinorum DE UTRIS. Ibi frustra quaesivi.

ACCIA
M · F · GALLA
IN · FRONT · P · XII
IN · AGR · P · XII

Monachetti 1706 n. 24, hist. ms. Venafr. (in Neap. non repperi); cod. de Utris; Cotugno p. 284.

Monach. non legit nisi ACCIA·GALLA. Cot. 1 ACCIAE, 2 GALLAE, 3 FR·, 4 AG·

4922 pessimis litteris; Venafri *nell' angolo di sopra del vico vicinale vicino la mia casa* VALLA.

D · M · S
AGILLAE · MARCELLINAE · QVE
VIXIT · ANN · XVII · M · VIII · D · XV
MESVRIVS · ET
MACELLINA · FRAT
RES

Valla cod. 77 f. 78'.